

promicentes ipsos ocazione predicta de cetero non molestare, petere uel inquietari, set pocius ipsam quietationem perpetuo habere ractam et firmam, sub obligatione omnium bonorum ipsius fraternitatis presentium et fucturorum et refectione dampnorum et expensarum litis et extra. Actum in ecclesia dicti sancti Nicholai de Serra, presentibus domino Johanne Veselchi et Vladoe heremita commorante in domo ipsius fraternitatis, testibus ad hec uocatis et rogatis, et Dionisio Helie consiliario et examinatore.

## XLVI

1362, 27 dicembre.

V, 203, r. v.

(203 r. v.): In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentessimo sexagesimo tercio, indictione prima. (*Il resto del protocollo come nel doc. precedente*).

(203 v.): Die XXVII decembris. Ser Theodosius Leonis et Thomas Dobroli, syndici et syndicario nomine communis et hominum ciuitatis Spaleti, cum consensu et uoluntate dictorum dominorum iudicum et sanioris partis generalis consilii ipsius ciuitatis coadunati in pallatio communis, ut est moris, fuerunt confessi et contenti uidisse et calculasse rationem de omnibus introitibus et pecunia peruentis ad manus Jancii Duimi et Johannis Macthei olim camerariorum communis Spaleti, quos introitus et pecunia sic ad eorum manus peruentos inuenisse etiam expendidisse pro utilitatibus et necessitatibus communis Spaleti, de quibus uero introytibus et pecunia dicti syndici, nomine ipsius communis, dictis Jancio et Johanni stipulantibus et recipientibus pro se et suis heredibus, fecerunt generaliter finem, quietationem, remissionem et pactum de ulterius non petendo, promicentes ipsos ocazione predicta de cetero non molestare, petere, uel inquietari, set pocius ipsam quietationem perpetuo habere ractam et firmam, sub obligatione omnium bonorum ipsius communis Spaleti presentium et fucturorum et refectione etc.

Actum Spaleti in pallatio communis, presentibus ser Sricha Luchari et ser Perue Johannis, testibus, et Dionisio Helie examinatore et consiliario.

## XLVII

1363, 15 gennaio.

V, 206 v.-207 r.

(*Protocollo c. s.*): Die predicto (15 gennaio). Ser Theodosius Leonis de Spaleto, tamquam syndicus et syndicario nomine communis et hominum ciuitatis Spaleti, cum uoluntate dictorum dominorum iudicum, suorum